

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3075

Auteur(s) : Guillaume de Vauville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1160-1170]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte notice portant que Guillaume de Vauville, Hodierne, sa femme, Richard et Léon, ses fils, donnèrent à l'abbaye de St Sauveur toute l'église de St Jean des Chênes à Jersey, avec les dîmes, les aumônes et toutes ses appartenances ; la chapelle de Ste Marie (de Bonnenuit) dans ladite paroisse avec la terre y appartenant ; que le même Richard de Vauville donna à ladite chapelle douze quartiers de froment pour la nourriture des moines qui y servaient Dieu et la Sainte Vierge, ainsi que la lande de Frémont (frigidi montis) pour le chauffage desdits moines. Richard de Vauville fit d'autres donations dans le Cotentin à l'Abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 206, p. 287-289.

Dissertation critique

Vers 1160-1170, datation proposée dans l'édition.

Texte établi d'après a

Universis Sancte Matris ecclesie filiis et filiabus tam presentibus quam futuris notum sit quod Willelmus de Galvilla et Hodierne uxor ejus et Ricardus et Leo filii sui dederunt abbatie Sancti Salvatoris perpetualiter in elemosinam omnem ecclesiam Sancti Johannis de Caisnibus que est in insula Gersoy cum omni decima et omni elemosina omnibusque aliis rebus eidem ecclesie pertinentibus. Capellam vero Sancte Marie que est in eadem parrochia dederunt cum omni terra eidem capelle pertinenti. Iterum eidem Ricardus de Galvilla dedit eidem capelle Sancte Marie pro animabus patris et matris sue fratrisque sui Leonis perpetualiter in elemosina duodecim quartaria frumenti ad victimum monachorum ibidem Deo et Sancte Marie servientium et landam Frigidi Montis ad ignem ipsorum monachorum. Iterum idem Ricardus de Galvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris dimidiam ecclesiam Sancti Petri de Fontaneto juxta vada cum omni medietate decime ejusdem ecclesie et cum medietate terre elemosine et cum omnibus aliis rebus ubicumque fuerint eidem ecclesie pertinentibus. Iterum dedit Ricardus in eadem villa Fontaneti quatuor acras terre apud Hogam de Cardonvilla abbatie Sancti Salvatoris perpetualiter in elemosina pro vavassore quem habebant monachi in Danevilla. Iterum dedit idem Ricardus de Galvilla et concessit perpetualiter in elemosina ut monachi Sancti Salvatoris capiant de fonte suo de Fontaneto aquam et ducant secundum voluntatem suam ad molendinum faciendum in terra sua. Idem vero Ricardus si voluerit medietatem molendini habebit. Philipus de Fontaneto dedit abbatie Sancti Salvatoris cumcessu domini sui Ricardi de Galvilla unam vergeiam terre perpetualiter in elemosina. Iterum Ricardus de Galvilla dedit in Barnevilla Sancto Salvatori

unam domum perpetualiter in elemosina quietam ab omnibus consuetudinibus cum terra quam tenet Rannulfus Gernun. In Cesarisburgo dedit Ricardus de Galvilla Sancto Salvatori unam domum cum terra eidem domui pertinenti quietam ab omnibus consuetudinibus perpetualiter in elemosina. Dedit iterum Ricardus de Galvilla Sancto Salvatori perpetualiter in elemosina unam minam frumenti quando corpora patris et matris sue translata sunt de veteri abbatia in novam. Iterum idem Ricardus dedit Sancto Salvatori perpetualiter in elemosina omnem terram quam de eo tenebat Herveus filius Turstini apud Barnevillam quam idem Ricardus emerat centum solidis a Ranulfo de Bocleio concedentibus nepotibus suis Hamelino et Willelmo Pinellis.